appellant. Unde afronius: cum ad me expectas & fabulare incipis: exorte inculis bibionis inuolant; Curgulio dicitur quia pen;e nihil est aliud nisi guttur;

EXPLICIT;;

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI TERTII DECIMI. IDEST DE ELEMENTIS. IDEST DE CAELO DE AERE DE AQUIS DE MARI DE FLUMINIBUS AC DILUUIIS

I demundo;
II deathomis;
III de elementis;
IIII decaelo;
V departibus caeli
VI decirculis caeli;
VII deaere;
VIII deuentis
VIIII deaquis
X dediuersitate aquarum
XI demaris nomine,
XII deoceano
XIII demediterraneo mare
XIIII desinibus maris
XV deaestibus & fretis;
XVI delacis & stagnis
XVII deabysso & reliquis aquarũ nominib;
XVIII defluminibus.
XVIIII dediluuiis;

In hoc uero libello quasi in quadam breuitabella quasdam caeli causas situsque terrarum & maris spatia adnotauimus. ut in modico lector ea percurrat & conpendiosa breuitate aethimologias eorum causasque cognoscat; DE MUNDO;

I Mundus est caelum terra mare & quae in his opera dī de quo dicitur: & mundus per eũ factus est; Mundus latine a filosofis dicitur quod in sempiterno motu sit ut caelũ sol. luna aer. maria. nulla enim requies eius elementis concessa est. ideoq; semper in motu est; unde & animalia uarronι uidentur elementa. qm per sem& ipsa in quid mouentur; Greci uero nomen mundo de ornamento adcommodauerunt. Propter diuersitatem elementorum. & pulchritudinẽ siderũ. Appellatur enim apud eos cosmos. quod significat ornamentũ. nihil enĩ mundo pulchrius oculis carnis aspicimus. Quattuor autem esse climata mundi idest plagas. orientem & occidentẽ septen[trio]ne